

NORMAE PROPOSITAE QUOAD ALTARIS ET TABERNACULI DISPOSITIONEM *)

Saepius quaeritur a „Consilio“ ut ampliores practicas indicationes praebeat circa altare et tabernaculum, iuxta ea quae in cap. V „Instructionis“ habentur.

Per se, difficile est *generice* aliquando rem determinare, cum saepe saepius congrua solutio pendeat a stilo ecclesiae, ab eius architectura vel dispositione, ab amplitudine loci, a forma et pretiositate altaris vel tabernaculi, etc..

Re tamen attente perpensa, et consideratis etiam variis adiunctis et propositionibus factis, haec videntur commendanda:

1. Altare „versus populum“ certe praesefert optimam dispositionem, ut fideles facile sacrum ritum conspiceret et participare queant. Proinde in novis ecclesiis et oratoriis aedificandis huiusmodi altaris dispositio quam opportuna videtur.

Attamen, in ecclesiis et oratoriis iam exstantibus, antequam altaria removeantur ut nova ipsis substituantur, semper requiratur iudicium Commissionum sive de sacra liturgia sive de arte sacra; immo, quando ecclesiae aut oratoria momentum artisticum habent, iura ne conculcentur. Entium, quorum, iuxta leges civiles, interest. Agitur enim de non destruendis vel demutandis monumentis aliquando magni pretii.

2. Ad tabernaculum pro custodienda SS. ma Eucharistia quod attinet, plures solutiones „Instructio“ admittit, quae singulae seligendae sunt, attentis sive peculiaribus adiunctis sive ipsius ecclesiae aut oratorii dispositione.

3. Sacellum distinctum pro Eucharistiae asservatione, cum ecclesiae aede coniunctum, commendandum videtur, praesertim in magnis ecclesiis, ita ut facilius evadat cultus eucharisticus. Immo hoc ipsum sacellum adhiberi possit etiam uti locus celebrationis eucharisticae diebus infra hebdomadam, quando fideles pauciores ad ecclesiam conveniunt.

4. Tabernaculum parvum sed aptum, et securum, super altare „versus populum“ collocatum conveniens videtur praesertim in parvis ecclesiis et oratoriis, tamquam locus habitualis asservationis SS. mae Eucharistiae. Loci enim exiguitas facilem visionem ipsius tabernaculi non minuit, et proinde cultui ipsi debito non officit.

5. Tabernaculum, extra altare, in alia parte ecclesiae, collocari poterit si dispositio aptior apparuerit. Attendatur tamen praerequiri consensum Ordinarii loci; eligendam esse partem ecclesiae, quae sit revera pernobilis; hanc eandem ecclesiae partem, et ipsum tabernaculum esse debere „rite ornata“. Uno verbo, loci dignitas et ornatus amplitudo, iuxta leges liturgicas, conferre debent ad cultum erga SS. mum Sacramentum tutandum.

Attamen si tabernaculum, extra altare, in abside aut in pariete post altare ponitur, bene attendendum erit ne sacerdos qui ad altare „versus populum“ celebrat, terga ipsi vertat: quod sufficienter vitatur, si tabernaculum tali altitudine collocatur ut caput sacerdotis, qui stat ad pedes altaris, superet.

6. His igitur consideratis, probandae non videntur nonnullae solutiones propositae, inter quas numerantur:

*) Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia. Notitiae n. 3, 15. martii 1965.

a) tabernaculum mobile, quod, durante Missae celebratione, intra altare descendit;

b) tabernaculum intra altare stabiler constitutum, sive in anteriore facie altaris appareat, sive non;

c) tabernaculum ante altare versus populum supra parvam columnam collocatum, ita ut mensam altaris non superet;

d) tabernaculum super altare positum, ante aliud altare versus populum, ita ut duo, de facto, habentur altaria, etsi diversa altitudine posita.

DER KIRCHENBAU UND DAS MYSTERIUM DER EUCHARISTIE ALS MYSTERIUM DER KIRCHE

In allen theologischen Auseinandersetzungen um den modernen Kirchenbau müssen wir eine grundlegende Aussage des Neuen Testamentes als Ausgangsbasis anerkennen: „Der Allerhöchste wohnt nicht in Gebäuden von Menschenhänden“ Apg. 7, 48. Die Kirchen aus Stein, Beton oder Holz des Neuen Gottesvolkes sind nicht eine Verlängerung des alttestamentlichen Tempels in Jerusalem, wo Gottes Herrlichkeit wohnte. Und richtig verstanden, bedeutete schon im Alten Testament die Gegenwart Gottes im Tempel nicht eine statische Anwesenheit, die der Mensch in den Griff bekommen kann, die ihm eine magische Sicherheit gewährt, sondern eine heilige, dynamische Wirkgegenwart inmitten seines Volkes. Jeremias mahnt die Juden, es sei vermessen, auf den Tempel des Herrn zu schwören: „Der Tempel des Herrn, der Tempel des Herrn!“, wenn sie nicht auf sein Wort hören wollen. Diese Wahrheit kommt im Neuen Testament voll zum Durchbruch: Die Begegnung Gottes mit seinem Volk ist nicht mehr auf einen bestimmten Ort lokalisiert (Tempel in Jerusalem), sondern auf eine Person: Jesus Christus. Christus in seinem sichtbaren und dargebrachten Menschenleib ist der neue Tempel. Alle wirksame Begegnung mit Gottvater geschieht fortan über Christus. Alle Gebete enden fortan mit „durch Christus unsern Herrn“. „Die Zeit kommt und sie ist schon angebrochen, wo die wahren Anbeter den Vater in Geist und Wahrheit anbeten werden“, Jo 4, 23, d. h. im Geiste Christi, den er auf die Seinen ausgießen wird. Im Neuen Testament kann also diese Begegnung mit Gott in Christus immer und überall geschehen, sofern nur ein Mensch vom Wort und Geist Christi erfüllt betet. Dies trifft ganz besonders zu, wenn eine gläubige Gemeinde sich unter sein Wort stellt und in seinem Geist betet: „Wo zwei oder drei in meinem Namen versammelt sind, da bin ich mitten unter ihnen“ Mt 18, 20.

Eine sichtbare und greifbare Verdichtung erfährt aber diese Begegnung und Gegenwart Gottes im heiligen Opfermahl, wo die Vereinigung Christi mit seinem Volk nicht nur im Geist geschieht, sondern in verborgener Leibsgestalt. Und so ist eine katholische Kirche vor allem und zutiefst als der Ort dieser Begegnung zu verstehen, als Ort der Eucharistie. Der Kirchenraum dient zwar auch zu andern gottesdienstlichen Versammlungen der Gemeinde: zu Wortgottesdiensten, zu Taufen, zur Feier des Bußsakramentes, usw. Und immer wird dann durch die versammelte Gemeinde im sakralen Raum „Kirche“ präsent. So ist der Kirchenraum grundlegend als Ort der Kirche, der ecclesia zu sehen. Aber die Mitte der Kirche, wohin alle andern Kultfeiern hintendieren, wo Kirche am tiefsten und deutlichsten präsent wird, ist die